

.lxxvi. OMELIA¹ IN NATALE UIRGINUM .

Saepe uos ammoneo fratres karissimi praua opera fuge
re huius mundi . et inquinamenta eius deuitare . Sed
tamen hodierna sancti euangelii lectione magis compellor
uobis dicere . ut opera bona que agitis semper custodia
tis ut cum magna cautela timeatis . Ne per hoc quod
a uobis rectum geritur ; fauor aut gratia humana requi
ratur . ne appetitus laudis subripiat . et quod foris osten
ditur . intus ab aeterna mercede uacuetur . Ecce enim
redemptoris uoce decem uirgines omnes dicuntur esse
uirgines ; et tamen intra aeternae beatitudinis ianuam .
non omnes recipiuntur . Quia earum quaedam dum
de uirginitate sua gloriam foris expetunt . inuasis suis
oleum secum habere noluerunt . Sed prius querendum
est nobis quid sit caelorum regnum . aut cur decem uir
ginibus comparetur . quae etiam uirgines prudentes
/153r/ et fatuę dicuntur . Dum enim caelorum regnum constet quod
reproborum nullus ingreditur . etiam fatuis uirginibus
cur simile esse perhibetur? Sed sciendum est quod saepe
in sacro eloquio regnum caelorum presentis temporis ecclesia
dicitur . de quo alio in loco dominus dicit . Mittet filius ho
minis angelos suos . et colligent de regno eius omnia scan
dala . Neque enim in illo regno beatitudinis ; in quo pax
summa est . inueniri scandala poterunt ; que colligantur ;
et inde rursum dicitur . Qui ergo soluerit unum deman
datis . istis minimis . et docuerit sic homines . minimus
uocabitur in regno caelorum . Qui autem fecerit et do
cuerit . hic magnus uocabitur in regno caelorum . Man

¹ OMELIA] altered by a later hand to OMELIA BEATI GREGORII PAPE

datum quippe soluit et docet . quando hoc quisque
uoce predicat . quod uiuendo non implet . sed ad reg
num aeterne beatitudinis peruenire non ualet . qui non
uult opere implere quod docet . Quomodo ergo in eo
minimus uocatur regno . qui ad hoc nullo modo in
trare permittitur? quid itaque per hanc sententiam sig
nificatur . nisi presens ecclesia que caelorum regnum dicitur .
in qua doctor qui mandatum soluerit . minimus
uocabitur . quia cuius uita dispicitur . restat ut
predicatio condempnetur . in quinque ergo corporis
sensibus . unusquisque subsistit . Geminatus autem
qui narius denarium perficit ; et quia ex utroque sexu
fidelium multitudo colligitur . sancta aecclesia decem uirgini
bus similis denuntiatur . In qua quia mali cum bonis .
et reprobi cum electis ammixti sunt . recte similis uirgi
nibus prudentibus et fatuis perhibetur . Sunt namque
/153v/ plerique continentes . qui ab exteriore se appetitu custo
diunt . et spe ad interiora rapiuntur . Carnem quidem
macerant . et toto desiderio ad supernam patriam anhelan
tes . aeterna premia expetunt pro laboribus suis . quia
pro bono opere laudes humanas nolunt . Hi nimurum
gloriam suam non in hominum ore ponunt . sed intra
conscientiam tegunt . Et sunt plerique qui corpus
per abstinentiam affligunt . sed de ipsa sua abstinen
tia humanos fauores expetunt . Doctrinę quidem
inserviunt . et indigentibus multa largiuntur . sed fa
tuę profecto uirgines sunt . quia solam transitorię
laudis retributionem quaerunt . Unde et apte sub
ditur . Quinque fatuę non superserunt oleum secum .
prudentes autem acceperunt oleum secum in uasis
suis cum lampadibus . per oleum quippe . nitor sapientie

designatur . Vascula autem nostra sunt corda ; in quibus
ferimus . cunctaque cogitamus . Prudentes ergo oleum
in uasis suis habent . quia nitorem glorię . intra
conscientiam retinent . paulo atestante qui ait .
Gloria nostra haec est testimonium conscientię nostrae .
Fatuę autem uirgines oleum secum non funiunt . quia
gloriam intra conscientiam non habent . dum hanc
ab ore proximorum quaerunt . Notandum uero est .
quod omnes uirgines lampades habent ; sed omnes
oleum non habent ; quia plerumque bona in se opera
cum electis et reprobi ostendunt . Sed soli ad sponsum
cum oleo uenient . qui de his quę foris egerint . intus
gloriam requirunt . Unde per psalmistam quoque de sancta
/154r/ electorum ecclesia dicitur . Omnis gloria eius filię regum ab in
tus . Moram autem faciente sponso . domitauerunt
omnes et dormierunt . Quia dum uenire iudex ad ex
tremum iudicium differt . electi et reprobi . in mortis som
no sopiuntur . Dormire et enim mori est . Ante som
num uero dormitare est . ante mortem languescere .
quia per pondus egritudinis peruenitur ad somnum
mortis . Media autem nocte clamor factus est . ecce
sponsus uenit . exite obuiam ei . De aduentu quidem
sponsi clamor in media nocte fit . quia sic dies iudi
cii subripit . ut preuideri non ualeat quando uenit .
Vnde scriptum est . Dies domini sicut fur in nocte . ita
ueniet . Tunc omnes uirgines ~~sicut~~ surgunt . quia
electi et reprobi a somno suae mortis excitantur
et lampades ornant . quia secum opera sua nume
rant . pro quibus aeternam recipere beatitudinem
expectant . Sed lampades fatuarum uirginum
extinguntur . quia earum opera quę clara homini

bus foras apparuerunt . In aduentu iudicis intus
obscurantur . et a deo retributionem non inueniunt .
Quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas
amauerunt . Quid est autem quod tunc a prudentibus
oleum petunt ; nisi quod in aduentu iudicis cum
se intus uacuas inuenient . testimonium foris quę
runt ; ac si a sua fiducia deceptę proximis dicant .
Quia nos quasi sine opere repelli conspiciatis ; dicite
de nostris operibus quid uidistis? sed prudentes uir-
gines respondent eis dicentes . Ne forte non sufficiat
/154v/ nobis et uobis . Quod tamen de quibusdam in pace aecclesię
quiescentibus loquor sibimet ipsi testimonium unius
cuiusque uix sufficit . quanto minus et sibi et proximo . Unde
et protinus per increpationem subdunt . ite potius aduen-
dentes et emite uobis . Venditores quippe olei sunt
adolatores . Qui enim accepta qualibet gratia uanis suis
laudibus nitorem glorię offerunt . quasi oleum uendunt .
de quo oleo psalmista dicit . Oleum autem peccatoris non
inpinguet caput meum . Principale etenim nostrum caput
est . appellatione autem capitis . ea quę principatur cor
pori mens uocatur . Inpinguat ergo caput oleum pec-
catoris . cum demulcet mentem fauoradolantis . sed cum
irent emere uenit sponsus . quia cum uitę suę testimo-
nium a proximis querunt iudex uenit . qui non
operum sed cordium testis est . Quę autem parate
erant intrauerunt cum eo ad nuptias et clausa est
ianua . O si sapere in cordis palatu possit . quid mira-
tionis habet quod dicitur . uenit sponsus . Quid
dulcedinis . intrauerunt cum eo ad nuptias . Quid
amaritudinis . et clausa est ianua . Uenit quippe
ille qui aduentu suo elimenta concutit . In cuius

conspectu caelum cum terra contremescet . Vnde etiam
per prophetam dicit . Adhuc semel et ego mouebo
non solum terram sed etiam cęlum . ad cuius examen .
omne humanum genus deducitur . Cui ad uindic
tam malorum remunerationem que bonorum .
Angeli . Archangeli . Throni . Principatus . et domi
nationes obsequuntur . Pensate ergo fratres karissimi .
/155r/ quantus in illo die ad conspectum tanti iudicis terror erit . quando
iam in poena remedium non erit quę confusio fiet? Cui reatu
suo exigente continget in conuentu omnium hominum
angelorumque erubescere . qui pauor erit etiam iratum eum uide
re . quem in tranquillitate mens humana plene aspicere
non ualet . quam diem bene propheta intuens ait . Dies
irę dies illa . dies tribulationis et angustie . dies clamita
tis et miserie . dies tenebrarum et caliginis . dies nebulae
et turpidinis . dies tubę et langoris . Pensate itaque fratres
karissimi . extremi diem iudicii super corda reproborum qua aspe
ritate prophetam uidit amarescere . quem tot appella
tionibus non ualet explere . Quanta uero tunc erit
electorum laetitia . qui de eius merentur uisione gau
dere . de cuius conspectu uident et elimenta contreme
scere . cum eo simul ad nuptias intrare . et² qui et in spon
si quidem nuptiis gaudent . et tamen ipsi sunt sponsę .
qui etiam in illo aeterni regni thalamo uisioni nostrę
deus coniungitur . que scilicet uisio . numquam iam in
perpetuum ab amoris sui amplexibus uelatur . Tunc
autem regni ianua lugentibus clauditur . quę modo
cotidie poenitentibus aperitur . Erit namque et tunc
poenitentia sed fructuosa iam non erit . quia nequa
quam tunc ueniam inueniet . qui modo aptum uenię

² et] partially erased and canceled by subpunction

tempus perdit . Hinc etenim paulus dicit . Ecce nunc
tempus acceptabile . ec`c`e nunc dies salutis . Hinc pro
pheta ait . quęrite dominum dum inueniri potest . inuo
cate eum dum prope est . Unde et easdem fatuas uir
gines inuocantes non audit dominus . quia inter clausa
/155v/ regni ianua is qui prope esse poterat . prope iam non est .
nam subditur . Nouisse autem ueniant et reliquę uir
gines dicentes . Domine domine aperi nobis . At ille respondens
ait . Amen dico uobis . nescio uos . Ibi iam a domino non
potest mereri quod petit . qui hic noluit audire quod
iussit . qui ergo tempus congruae poenitentiae perdidit .
frustra ante regni ianuam cum precibus uenit . Hinc
est enim quod per salomonem dominus dicit . Uocauit et rennu
istis omne consilium meum . et increpationes meas ne
glegistis . Ego quoque in interitu uestro ridebo . et sus
sannabo cum uobis quod timebatis aduenerit . et cum ue
nerit repentina calamitas . et interitus³ quasi tem
pestas ingruerit . quando uenerit super uos tribu
latio et angustia . Tunc inuocabunt me et non exau
diam . mane consurgent . et non inuenient me . Ecce
aperiri clamant . et repulsionis suae dolore concul
se . appellationem dominantis ingeminant dicentes .
Domine domine aperi nobis . preces offerunt sed nesciuntur . quia
tunc uelut incognitos deus deserit . quos modo suos
uitae merito non cognoscit . Unde apte quoque ge
neralis ad discipulos exortatio sub infertur cum dicitur .
Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam . quia post
peccata deus poenitentiam suscipit . Si igitur sciret
quisque de presenti seculo quo tempore exiret . aliud tempus
uoluptatibus atque aliud poenitentię aptare potuisset .

³ interitus] corr. from interitis

sed qui poenitenti ueniam spondet . peccanti diem
crastinum non promisit . extremum ergo diem semper
debemus metuere fratres karissimi . quem numquam possumus
/156r/ preuidere . Ecce enim hunc ipsum diem in quo loquimur
ad indutias conuersionis accipimus . et tamen mala que
fecimus flere recussamus . et non solum commisa non
plangimus . sed etiam quę defleantur augemus . at si
aliqua nos aegritudo corripiat si signa aegritudinis
uicinam mortem denuntiant . Indutias uiuendi quę
rimus ut peccata nostra defleamus . et eas cum magno
estu desiderii petimus . quas modo acceptas pro nichi
-lo habemus . Rem uobis modo fratres karissimi referto . quam
si intendere et audire caritas uestra uoluerit . ex conside
ratione eius uehementer instruimur . Quidam enim uir
nobis in ualeria crisaorius nomine fuit . quem lingua
rustica populus criserium uocabat . ualde idoneus
erat . sed tantum plenus uitiis quantum rebus . Superbia
tumidus . carnis suę uoluptatibus subditus . in adqui
rendis rebus auaritię facibus accensus . sed cum tot
malis dominus finem ponere decreuisset . sicut a religioso
quodam qui nunc super est propinquuo illius didici .
corporis languore percussus est ; qui ad extremum ue
niens eadem hora qua iam de corpore exiturus erat .
apertis oculis uidit tetros et nigerrimos spiritus coram
se assistere . et uehementer sibi inminere . ut ad imfer
ni claustra se raperent . coepit ergo tremere . pal
lescere . sudare . et magnis uocibus indutias petere .
filiumque suum nomine maximum quem ipse iam mo
nachus monachum uidi . nimis et turbatis clamoribus
uocare dicens . Maxime curre . nequaquam tibi
mali aliquid feci . in fide tua ergo me suscipe . tur-

/156v/ batus mox maximus adfuit . Lugens et perstrepens familia
conuenit . eos autem quos ille insistentes sibi grauiter tolere
rabat . ibi malignos spiritus uidere non poterant . sed eorum
presentiam . in confessione in pallore ac tremore illius
qui detrahebatur uidebant . Pauore autem tetrę eorum
imaginis huc illucque uertebatur in lectulo . iacebat
in sinistro latere . et aspectum eorum ferre non poterat . uer-
tebatur ad parietem . et ibi aderant . cumque strictus nimis
relaxari se etiam posse⁴ disperaret . coepit magnis uocibus
clamare dicens . Indutias uel usque mane indutias uel
usque mane . Sed cum haec clamaret in ipsis suis uocibus
de habitaculo suę carnis euulsus est . de quo nimirum
constat . quia hęc pro nobis iste non pro se uiderit . ut eius
uisiones proficiant eis quos adhuc diuina patientia
longanimiter expectat . nam illi tetros spiritus ante mortem uidisse
et indutias petisse quid profuit? qui easdem indutias quas
petiit non accepit . Nos ergo fratres karissimi nos sollicite ista
cogitemus . ne nobis in uacuum tempora pereant . et tunc
quęramus ad bene agendum uiuere . cum iam compellimur
de corpore exire . Mementote quid ueritas dicat .
Orate ne fiat fuga uestra hieme uel de sabbato . per legis
quidem mandatum . ambulare longius in sabbato non licet .
Ac si aperte diceret . uidete ne tunc quęratis peccata uestra
fugere . quando iam non liceat abundare . Illud ergo tempus
quo fugere non licet . modo debet cogitari dum licet . Illa
enim hora nostri exitus de hac uita semper intuenda est ; et
ista redemptoris nostri ammonitio ante mentis oculos
semper est ponenda qua dicit . Vigilate itaque . quia ne-
/157r/ scitis diem neque horam . Haec ergo mala in presenti uita nobis
aduersantia deuitare studeamus fratres karissimi . ut caste et pie

⁴ posse] corr. from posset

uiuentes in hoc seculo resurgere primi ac uigilanda studio
coronati cum fiducia in die iudicii occurrere ualeamus
nostro redemptori . cui est honor et imperium et potestas una
cum patre et spiritu sancto . per infinita seculorum . amen .